Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Inquo & graecorū plerq; errant. & tamen sciendum. in hebraico pcalore scriptū esse. Thoda
qd in pcalatur gratia, qd scilicet gratiadi. & non merito operū suorū saluatus sit. ut;
Et educam de iacob semen. & de iuda possidentem montes meos. & heredtabunt electi mei. ss
& serui mei inhabtabunt ibi. & erunt campestria in caulas gregum. & uallis achor in cubile ss
armentorū populo meo qui requisierūt me; LXX. Et educam de iacob semen & iuda. & ss
heredtabit montē sem meū. & heredtabunt electi mei. & serui mei inhabtabunt ibi. & er
in saltu ouilia gregum. & uallis achor in requie armentorū populo meo quire quisierūt me.
Quem supra uocant granū boni. siue acinū. ut ut multi uolunt rachemum. hunc nunc
appellat semen iacob & iuda. qui possidet montes siue montem eius; Semen iacob
& iuda plerq; xpm intellegunt. de quo in genesi dicitur; Iuda te laudabunt frtres tui & ce
tera; Nullus enim dubium. quin saluator de iudae stirpe generatus sit; Alii autē apos
tolos intellegi uolunt. de quibus saepe diximus. reliquae saluaerunt; Et nisi dnus saba
oth reliquisset nob semen. quasi sodoma essemus. & similes gomorre fuissemus;
Isti possidēt montem dni conscientia habtantes. mse xpi loquentis. accessimus ad sion
montē & ciuitatem di uiuentis hierusalem caelestem; Siue montes eius. de quib; in psal
mis canitur, Montes in circuitu eius. & dnus in circuitu populi sui; Et fundamenta eius
in montib; sctis; possidebunt autē sion electi dni. & habtabunt in ea serui eius. de quib;
eodem uolumine scribitur; Semen abraham serui eius. filii iacob electi eius; Quicūq;
ergo adhuc semen est nec formatus in filium. iste seruus est dni. cui dicitur in euangelio,
Scio quia semen abrahae estis. sed nec dum filii; Si enim semen esset abraham. opera
utiq; abraham faceret; Qui autē filius. iste & electus est dni; Unde electus possidet
hierusalem. & serui habtant in ea; Et de filiorū ac seruorū diffirentia dicitur. non
accepistis spm seruitutis iterū in timore. sed spm adoptionis, Et erunt inquit campes
tria siue saltus in caulas gregum; pro campestribus in hebreo SARON ponitur.
omnis regio circa lydam ioppen & iamniam aptae pascendis gregib; de quo & in
actib; aptorū scriptū est; Saltus autē uertentur in ouilia. iuxta illud qd in psalmo
canitur, Vox dni pparantis ceruos. & reuelauit saltus siue condensa siluarū.
ut latrones ibi latitare desistant & bestiae. uenenatae animalia. & loca quondā
insidiarū & sanguinis. in ecclesias dni transeant. & pascantur ibi greges. abeo.
qui posuit animā pouib; suis; Et de quo scriptū est; Ipse pasce nos in saeculaista.